

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Jvlii Fatii// Societatis Iesv// Liber// De Morti-//ficatione No-//strarvm Passionvm,// Pravorvmqve Affe-//ctvvm

Fazio, Giulio [S.I.], 1599

XX. De insigni quodam interioris Mortificationis effectu, compositione scilicet hominis exterioris, eiusq[ue] decoro.

urn:nbn:de:hbz:466:1-48673

Itaque, vt vno verbo concludamus, horum exercitiorum differentia ex diuerfis eorum finibus, vt didum est, colligitur; Primum, respicit exteriora. Secundum, intexecuin riora. Tertium, disponit & ordinat , qual hominem erga suum superiorem. Quartum, reddit hominem erga ea, quæ à superioribus mandantur, infieride differentem. Et hac sunt, quæ de his quatuor exercitiis, eorumque differentia tradere voluimus.

CAPVT XX.

De Infigni quodam interioris Mortificationis effectu, composicione scilicet hominis exterioris, eiusque decoro.

VANDO aliquem vocamus humilem, nihil aliud hac voce fignificare volumº, quàm in ipso esse vir-

tutem humilitatis: quando patien-

K 3 tems

Ita-

T.

atio pro.

le volun-

ri dispo.

e, vtnon

commu.

niunda

calcitre

uisillud

n se ipso

Von quoi

l noloma

ur Indif.

ım exer

ominer

fferenti

olectatui um Do

ue fupe-

inque

t.

tem, in ipso itidem dicimus esse !! tientiæ virtutem. Quando verdalle quem vocamus Mortificatum, tail. tè significamus huiusmodi nonle lum esse humilem & patientem, le fobrium etiam, castum, obedien tem, mansuetum, temperantem, i vt paucis dicam, omnibus qualivi tutibus moralibus præditum: Qui cum Mortificationis proprium officium, omnes inordinatas palsiones, habitus quitios exanimi nostris exstirpare, sequiturnecelle riò, hominem verè mortificatum habere animum à vitiis, cunctisque passionibus, quæ virtutibus sunto trariæ, purgatu. Eadem enim moltificatione, vt docent sapientes,qui vnum exstirparur vitium, contratt illi vitio virtus magna ex parteinle ritur.

Ex hoc igitur virtutum apparant atque interiori quiete, beneficio Mortificationis comparata, resultat in exteriori homine, hoc modo

mol.

moi

ctus

uita

bili

(tia

mas

fun

Qu

II V

con

cun

nur

piés

Cor

in b

uer

ex

rur

ter

&:

Ita

fici

no

esse pi. veròali m, tall. noniebedien. item, d n: Qui rium 6 tas pal. kanimi necella ficatum netifque

unt co.

m mor

tes,qui

ontrata

te infe

oparati

neficio

refultal

modo

mol.

mortificato, insignis quidam effeaus, quiest certa maturitas & grauitas exterior, & compositio mirabilis, quam nos communiter modetem, li stia vocamus, virtutem videlicet à magnis viris semper magni habitā, summisque laudibus exornatam. uasivit Quia cum corpus nostrum naturali vinculo sit cum anima arctissimè coniunctum, naturaliter quoque secundum sui capacitatem, ab illa honum malum'q participat, quod sapiés manifeste significauit, cum ait: Cor hominis immutat faciem illius siue in bona, siue in mala.

Quemadmodum enim post vniuersale Resurrectionem mortuoru, exinterna gloria animarum beatarumin calo, splendor quidam externus in ipsum corpus manabit, ve & alix quoque qualitates gloriofx; ita proportione quadam ex composicione & quiete interiore animæ nostræ in hac vita; sancta quæ-

dam K 4

dam copolitio & modestia permo. dum sequelæ in ipsa corporis nothi exteriora redundare solet; quatanquam virtus ad proximorum zdi. cationem valde conducens, meo iudicio, magni facienda, ac studios procurada est. Studiose dico: quamuis enim inter grauissimos semps errores numerauerim, & adhuent merem, cum quis de exteriorism ipfius compositione nimiam habet curam, ac superflue sollicituses, ob finem aliquem sinistrum & vitiosum, vt Scribæ & Pharisæitempon Christi faciebant: mihi tamensemper persuasi, magni esse moment, valdem laudabile, ve persona Relle giofæ & Ecclefiasticæ præ cæterism exteriore compositione studeat n. les videri, quales eos esse vitæstatus postulat, ad maiorem Dei gloriam, & communem eorum, quibuscum versantur ædificationem.

Quemadmodum enim vel minima quæque labecula in facie, maio-

rem

rem

mag

part

clef

qua

ma

cula

mn

fus

Ecc

noi

pin

ran

COI

du

en

ta

ego

pa

Q

cu

re

ci

rem adfert deformitatem, quam magnæ cicatrices in aliis corporis partibus; ita quoque in personis Ecclesiasticis ac Religiosis, quæ sunt quasi facies Ecclesiæ Dei, vel minima exterioris compositionis labecula & defectus, plus offensionis damnica affert proximis, quam excessus aliorum membrorum inferiorum Ecclesiæ, vt secularium ac mundanorum, quantum uis enormes.

Nec est, quod quis falsa hac opinione seducatur, non multum curandum esse, quid de externa nostra
compositione homines iudicent,
dummodo mens nostra & conscientia benè cum Deo conueniat, iuxta illud: Non iuxta intuitum hominis 1. Reg 17.
ego iudico. Homo enim videt ea, que
parent: Dominus autem intuetur cor.
Quia licet verum sit Deum non secundum iudicia hominum iudicare, qui tantum vident ea, que paret,
cum ipse intima cordis nostri pene-

K 5 tret:

per mo-

is noftri

juætan.

nædif.

s, meo

tudios

:quam.

femper

auc na.

iorifui

a habet

selt, ob

vitto-

in sem-

menti, æ Reli-

terisin

eat ta-

e status

oriam,

uscum

mini-

maio-

rem

tret:Semper tamen bonam nollram compositionem exteriorem approbat, præsertim quando hæcabine. riori procedit, & in bonum finem refertur, vt nos in hac materia sup. ponimus.

Imò ob hoc ipsum, quod homines solum exteriora intuentur,& le. cundûm hæc sua ferunt iudicia, par est, vt exterior noster homo ad maius Dei obsequium, proximic viilitatem benè & non male sit compositus. Hoc autem dininæ voluntati esse conforme perspicuum est. Nam cum, vt scriptura testatur : Vnicuig, mandarit Deus de proximo suo; non potest Deus non approbareea, que in se non sunt mala; sed ad hunc finem multum coducunt. Ipsaquo. que quotidiana docet experientia, exteriorem compositionem perso-

Eccle,17.

narum præsertim Ecclesiasticarum

ac Religiosarum, in maiorem diuinæ Maiestatis gloriam proximiq 2-

difi-

difi

dur

pol

dan

cur

ver

tion

Vt /

Vt 1

pati

du

& 0

vel

cta

qua

nit

glo

Bo

Do

cù

ftè

ita

ter

dificationem ac emolumentum redundare. Sequitur ergo hanc compositionem non solum approbandam, sed studiose quoque esse procurandam. Et si æterna sapientia verbi incarnati, quæ in sua dispositione falli no potest, præcipit & vult, vt luceat lux nostra coràm hominibus, Matt.5. ve videant opera nostra, & glorificent patrem nostrum, qui in cœlu est : quis dubitat, illum hac lucem externam & decorum personarum nostrarum velle ac desiderare, veluceat in sanda sua Ecclesia coram hominibus? quandoquidem tantus inde prouenit fructus ac materia laudandi & glorificandi nomen fanctum fuum.

Quare quemadmodum teste D. S. Boua-Bonauentura, in magnam alicuius uent, lib. Dominigloriam & honorem cedit, de infor. cum vniuersa illius familia mode- Nouit. stè, composite, grauiters sese gerit; ita ex modestia, compositione, exterioris nostro decoro, qui in fa-

K 6 milia

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK PADERBORN

ostram appro-

finem ia sup-

homi. ;& se. ia, par d ma-

comolunm est.

: Vnio suo; re ea,

hunc quo-

ersoirum divi-

g 2-

Rom. 12. lus Romanos exhortatur, ve prome deant bona non tantum coram Deo, fil etiam coram hominibus. Hanc item ob causam sancti quidam Religionum fundatores, Regulas quasdam modestix atque exterioris compositionis tradiderunt Religiosis suis observandas. Alij verò hanc compositionem regulis suis communibus gravissimis verbis inserverunt, S. Bened. vt S. Benedictus qui iubet vt Religios.

S.Bened. vt S. Benedictus qui iubet vt Reliin Reg. giosus In Oratorio, in monasterio, o
eap. de in horto, in via, in agro, vel vbicunque
Humil. sedens, ambulans vel stans, inclinato
grad.13. semper sit capite & desixis in terram aspectabus. S. Augustinus in suis Regu-

S. Augu. lis ita habet: In incessu, statu, & inoin Reg. mnibus motibus vestris, nihil siat, quod cap. 17. cuiusquam offendat aspectum, sed quod vestram deceat sanctitatem. Sanctus

quog

qà

ve

CU

ex.

CI

910

AU

6

tu

gr fe su

quoque Franciscus singulari quada D. Franverborum vi idem suis fratribus in- cisinReculcat: Consulo, inquit, moneo & gul.c.3. exhortor fratres meos in Domino Iesu Christo, ve quando vadus per mundum, non litigent, neque contendant verbis aut alios iudicent, sed sint mites, pacifici, & modesti, mansueti & humiles. Bea- Doroth. tus Dorotheus: Hac est modestia, & serm. 240 grata compositio: primum non circumferre buc & illuc oculos, sed que ante te sunt, solum intueri, neque vana & ociosaloqui, sed tantum necessaria.

Sanctus denique Bafilius descri- S. Bafil. bens veri Religiosi coditiones quo-serm.de ad exteriorem compositionem, in- cultu pie quit; Monachum oportet corpus qui- tat. & vietum, habitum modestum, vocem mode- ta Moratam, & sermone compositum habere. nast. Etalibi prohibet idem sanctus Monachis suis risum immoderatum, tanquam animi incontinentis indicium, K 7

, ipfius

s & glo

S.Pau.

proui-

eo, fed

c item

eligio-

aldam

ompo-

fis fuis

com-

muni-

erunt.

Reli-

rio, O

cunque

clinato

411 4-

Regu-

9 in 0 -

, 9404

danod

inclus

quog

cium, & vult, vt tam in hoc, quin in reliquis exteriori sua modestiaste dem faciant, interiorum suarum virtutum & continentiæ: adducis que ad hoc, quod sapiens ait: Fatuus in risu exaltat vocem suarum pienes ait:

Eccles. 21 tuus in risu exaltat vocem suam : virau. tem sapiens, vix tacite ridebit.

> Vnde manifeste patet, quanti hi sancti Patres semper fecerint in suis Religiosis modestiam hanc exteriorem nunquam satis laudatam, quandoquidem illis eam toties, & tam grauibus verbis inculcant & commendant, vt rem ad Dei seruitium, proximorum'a ædificationem valde necessariam. Nec immerito certè; Si enim imagini cuipiam in muro, aut alibi variis coloribus depi-Ax, tanta vis inest, vt in intuentium animis illum ipsum, quem refert, affectum possit imprimere, vt si sithilaris, hilarem; fi grauis & pia, grauem & pium: Quanam, quaso, vis

> > inerit

inc

im

an

ipl

de

in

fai

me

Fr

qu

m

nı

na

D

pl q vic v d

, quam

estiafi.

fuarum

duci.

it: F4-

vir au.

anti hi

in fuis

terio-

quan-

k tam

com-

tium,

val-

cer-

depi-

tium

t,af-

it hi-

gra-

, VIS

erit

229

inerit seruo Dei (cuius ipse viua est imago) ad imprimenda illorum animis, qui ipsum aspiciut, aut cum iplo conuersantur, viua & efficacia desideria sanctitatis & pietatis cum in exteriori sua persona, eam ipsam sanctitatem & denotionem ex intimo corde repræsentet, quam ipse in aliis desiderat ? Hinc est quod S. Franciscus eundo per plateas, silentio & sanctitate, quæ ex vultu totiusque corporis costitutione emicabat, maiorem ferebat fructum, quam nunc Concionatores clamantes in cathedris, sua eloquentia ac doctrina referant.

Narrat D. Gregorius de quodam S. Greg.
Dei seruo, Isaac nomine, qui cum lib.3. Diplurimis, iis pinsignibus à Deo viralog.c.14
tutibus ornatus esset, vnum tamen,
quod in ipso reprehensione dignum
videretur, reliquum habebat, nimia
scilicet lætitiam, quæ licet illi, vt ex
verbis S. Gregorij colligitur, exigu
damnum afferret, cum non ex inordina-

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK PADERBORN

S. C

fuil

qua

per

mu

ciu

ho

mi

cui

De

re

S.

tic

CC

qı

tu

Se

ti

di

1

dinato aliquo affectu, sed ex nanrali potius constitutione procede. ret, vehementer tamen illumaffi. gebat, quod eam crederet officere proximorum ædificationi, quiple. rumque externa compositione duci solent. Quærenti autem Petro causam huius imperfectionis; in respondet D. Gregorius: Magna est, Petre, omnipotens Dei dispensation & plerumque contingit, vt quibus maiora bona prestat, quadam minoranon tribuat, vt semper eorum animus habeat, vnde se ipse reprehendat, quatenu dum appetunt perfectiesse, nec possunt, & laborant in hoc, quod non acceperunt, nec tamen elaborando praualent, in bu que accepta habent, se minime extollant, sed discant, quia ex semetipsismaiora bonanon habent, qui in semetipsis vincere parua vitia & externanon posfunt.

Quibus verbis manifeste fatetur S.Gre-

main.

cede.

affi.

fficere

ii ple-

e du-

Petro

; ita

Cagna

latio,

5 1714-

a non

babe-

itenus

Junt,

Yunt,

in bis

xtol-

1114-

ripsis

pof-

etur

ire-

S. Gregorius, lætitiam illam in Isaac fuisse imperfectionem, non quidem quastipse aliquid damni indeacceperit, cum potius ob dictas causas ei multum profuerit, sed quod partem eius fructus impediret, quem abiq hoc impedimento ex opera proximis nauata retulisset. Hinc perspicuum fit, quam necessaria sit seruo Dei hæc exterior compositio & modestia. Quia sicut ex fructibus arborem,ita ex hac modestia, que vt vult S. Paulus, fructus est spiritus, deuo-Gal.5. tionem & spiritum serui Dei, facile colligere licet. Huc etiam spectat, Eccle.19. quod ait Sapiens: Ex visu cognoscitur vir, & ex occursu faciei cognoscitur senfatus, amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis annunciant de illo.

Quare quemadmodum in horologio rotas & alia instrumenta, tunc benè moueri iudicamus, cum exterius eiusdem index ac sonus certa via

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK PADERBORN

via & ratione procedunt; ita quon probabiliter iudicare possumus, statum interni hominis, quoad Mortificationem & compressionem palsionum, bene se habere; si externa ciusdem compositio atque habitudo talis sit, qualem esse decet. De Cass. lib. exterioru hominis motu, inquit Cas. 12. Instit. sianus, interioris status cognoscitur. Atque ita finem huic capiti impono, sanctam hanc exterioris hominis compositionem omnibus Religiosis etiam atm etiam commendans,

etia

lim

mo

tiar

etic

qui

pot

act his

mo

fpl

luc

ca

ru

&

Si

lu

P fi fi & c

etiam

CAPVT XXI.

De quodam alio infigni Mortificationis effectu, vita scilicet, actionumg nostrarum exemplo.



VEMADMODVMIN fonte, qui casu quodam turbatus est, si subsidentibus deinde sordibus ad pristinam redeat puritatem, omnis